



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1518

VD16 E 3644

De Vita Et Moribus Imperatorum Romanorum Excerpta Ex Libris Sexti
Avrelii Victoris, À Caesare Avgvsto Vsque Ad Theodosium Imperatorem. D.
Caesar Octavianvs Avgvstvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14277



DE VITA ET MORIBVS

IMPERATORVM ROMANORVM EXCERPTA EX LIBRIS
SEXTI AVRELII VICTORIS, A CAESARE AVGVSTO VSQVE AD THEODOSIVM
IMPERATOREM.

D. CAESAR OCTAVIANVS AVGVSTVS.



ANNO VRBIS CONDITAE DCCXXII. ab exactis uero regibus CCCCLXXXq; mos Romæ repetitus uni prorsus parendi pro Rege Imperatori uel sanctiori nomine Augusto appellato. Octavianus igitur patre Octauio Senatore genitus, maternū genus ab Aenea per Iuliā familiā sortitus, adoptione uero C. Cæsaris maioris auunculi C. Cæsar dictus, Deinde ob uictoriam Augustus cognominatus est. Iste in imperio positus, Trib. pot. per se exercuit. Re-

gionem Aegypti inundatione Nili accessu difficilē, inuiamq; paludibus, in prouinciæ formā redegit. Quam ut annonæ urbis copiosam efficeret, fossas incuriā uetustatis limo clausas, labore militū patefecit. Huius tempore ex Aegypto urbi annua ducētes centena millia frumenti inferebātur. Iste Cantabros & Aquitanos, Rhetos, Vindelicos, Dalmatas numero prouinciarū Pop. R. coniunxit, Sueuos, Cattoşq; deleuit, Sicambros in Galliā transtulit, Pannonios stipendiarijs adiecit. Getarū populos, Basternasq; lacestos bellis ad concordiā cōpulit. Huic Persæ obsides obtulerunt, creandiq; regis arbitrium permiserunt. Ad hæc Indi, Scythæ, Garamantes, Aethyopes legatos cum donis miserunt. Adeo deniq; turbas, bella, simultates execratus est, ut nisi iustis de causis, nunq; genti cuiq; bellū indixerit. Iactantisq; esse ingenij, & leuissimi dicebat, ardore triumphandi, & ob laureā coronam, id est folia infructuosa, in discrimen per incertos euentus certaminū, securitatem ciuiū præcipitare. Neq; Imperatori bono quicq; minus q; temeritatē congruere. Satis celeriter fieri quicquid cōmode gereretur. Armaq; nisi maioris emolumēti causa, nequaq; mouenda esse: ne compendio tenui, iactura graui, petita uictoria similis sit hamo aureo piscantibus: cuius abrupti, amissi q; detrimentū, nullo capturæ lucro pensari potest. Huius tempore trans Rhenum uastatus est Romanus exercitus, atq; tribuni & proprætor cæsus. Quod intantū accidisse perdoluit, ut cerebri ualido incurso parietem pulsa ret, ueste, capillóq; ac reliquis lugentium indicijs deformis. Auunculi quoq; in
P uentum

uentum uehemēter arguebat, qui milites cōmilitones, nouo, blandōq; more ap-
pellans, dum affectat carior fieri, autoritatē principis emolliuerat. Deniq; erga
ciues clementissime uersatus est. In amicos fidus extitit. Quorū prācipui erant
ob taciturnitatē Meccenas, ob patientiā laboris, modestiamq; Agrippa. Dilige-
bat prāterea Virgiliū. Rarus quidē ad recipiendas amicitias, ad retinēdas con-
stantissimus. Liberalibus studijs, prāsertim eloquētiā intantū incūbens, ut nul-
lus ne in procinctu quidē laberetur dies, quin legeret, scriberet, declamaret. Le-
ges alias nouas, alias correctas protulit suo nomine. Auxit, ornauitq; Romā
ædificijs multis, isto gloriās dicto, Urbem lateritiā reperi, relinquo marmoreā.
Fuit mitis, gratus, ciuili animi & lepidi, corpore toto pulcher, sed oculis magis.
Quorū aciem clarissimorū syderum modo uibrans libenter accipiebat cedi ab
intendentibus tanq; solis radijs aspectu suo. A cuius facie dum quidam miles
auerteret, & interrogaretur ab eo, cur ita faceret, respondit, Quia fulmē oculorū
tuorū ferre non possum. Nec tamē uir tantus uitijs caruit: fuit em̄ paululum im-
patiens, leniter iracundus, occulte inuidus, palam factiosus, porrō autem domi-
nandi supra quā æstimari potest, cupidissimus: studiosus alexusor. Cumq;
esset cibi ac uini multi, aliquatenus uero somni abstinens, seruebat tamē libidi-
ni usq; ad probrū uulgaris famæ. Nam inter XII catamitos, totidemq; puellas
accubare solitus erat. Abiecta quoq; uxore Scribonia, amore alienæ coniugis
possessus, Liuiā quasi marito concedente sibi coniunxit. Cuius Liuiæ iam erant
filij Tiberius & Drusus. Cuiq; esset luxuriæ seruiens, erat tamen eiusdem uitij
seuerissimus ultor: more hominū, qui in ulciscendis uitijs, quibus ipsi uehemen-
ter indulgēt, acres sunt. Nam & poētā Ouidium, qui & Naso, pro eo, quod tres
libellos amatorix artis conscripsit, exilio damnauit. Quodq; est læti animi, uel
amœni, oblectabatur omni genere spectaculorū, prācipue ferarum incognita
specie, & infinito numero. Annos VII & LXX ingressus, Nolæ morbo interiit.
Quantū alij scribant dolo Liuiæ extinctum, metuētis, ne quia priuignæ filium
Agrippā, quē odio nouercali in insulā relegauerat, reduci cōpererat, eo summā
rerum adepto poenas daret. Igitur mortuū, seu necatū, multis, nouisq; honori-
bus Senatus censuit decorandū. Nam prāter id, quod antea patrē patriæ dixe-
rat, templa tam Romæ q; per urbes celeberrimas ei cōsecrauit, cunctis uulgo ia-
ctantibus, utinā aut nō nasceret, aut nō moreret. Alterū em̄ pessimi incepti, exi-
tus præclari alterū. Nam & in adipiscēdo principatu oppressor libertatis est ha-
bitus, & in gerēdo ciues sic amauit, ut tridui frumēto in horreis quondā uiso, sta-
tuisset ueneno mori, si è prouincijs dasses interea nō uenirēt. Quibus aduectis,
felicitati ei⁹, salus patriæ est attributa. Imperauit annis L & VI. XII cū Antonio,
XL uero & IIII solus. Qui certe nūq; aut Reip. ad se potētiā traxisset, aut tādū
ea potiret, nisi magnis naturæ & studiorū bonis abundasset.



CLAVDIVS TIBERIVS.

CLAVDIVS Tiberius Liuiæ filius, Cæsaris Octauiani priui-
gnus, imperauit annis XXI. III. Iste, qui Claudius Nero diceba-
tur, elegāter à iocularibus, Caldus Biberius Mero, ob uinolen-
tiam nomi-

tiã nominatus est. Satis prudens in armis, fatiscq̃ fortunatus ante sumptum imperium sub Augusto fuit, ut nõ immerito Reip. dominatus ei cõmitteretur: Iherat ei scientia literarũ, eloquio clarior, sed ingenio pessimo, truci, auaro, insidioso, simulans ea se uelle, quã nollet. His quasi infensus, quibus consultum cupiebat. His uero quos oderat, quasi beneuolus apparẽs. Repentinis responsionibus aut consilijs melior, q̃ meditatis. Deniq; delatum à patribus principatũ, quod quidem astu perfecerat, sicte abnuere. Quid singuli dicerent uel sentirẽt, atrociter explorans, quã res bonos quosq; pessum dedit. Aestimãtes em̃ ex animo cum longa oratione imperialis molestiã magnitudinẽ declinare, cum sententias ad eius uoluntatẽ promunt, incessere exitia postrema. Iste Cappadocas in prouinciã, remoto Archelao rege eorũ, redegit. Getulorũ latrocinia repressit. Maraboduũ Sueuorũ regẽ callide circũuenit. Cũ immani furore infontes, noxios, suos pariter, externosq; puniret. Resolutis militiã artibus, Armenia p̃ Parthos, Mœsia à Dacis, Pannonia à Sarmatis, Gallia à finitimis gentibus direptã sunt. Iste post LXXVIII annũ & mensem IIII insidijs Caligulã extinctus est.

C. CAESAR CALIGVLA.



ALIGVLA imperauit annos IIII. Iste filius fuit Germanici: & quia natus in exercitu fuerat, cognomentũ calciamenti militaris, id est Caligulã fortitus est. Ante principatum omnibus charus, acceptusq; fuit. In principatu uero talis, ut nõ immerito uulgaretur atrociorẽ illo dominũ non fuisse. Deniq; tres sorores suas stupro maculauit. Incedebat habitu deorũ suorũ. Iouem ob incãstũ, è choro autẽ bacchanali Liberum se afferebat: de quo nescio an decuerit memoria prodi, nisi forte quia iuuat de principibus nosse omnia, ut improbi saltẽ fama metu talia declinent. In palatio matronas nobiles publicã libidini subiecit. Primus diademate imposito, dominũ se iussit appellari. In spatio triũ millium, quod in sinu Puteolano inter moles iacet, duplici ordine, naues contexens, arenã adgestu, ad terrã speciem uiam solidatam, phalerato equo, insignisq; area corona, quasi triumphans indutus aureo paludamẽto, curru bijugi decucurrit. Dehinc à militibus confossus interiit.

CLAVDIVS TIBERIVS.



LAVDIVS Tiberius, Drusi Tiberij fratris filius, Caligulã patruus, imperauit annos XIII. Iste cũ Senatus censuisset gentẽ Cæsarũ exterminari, de formi latebra latẽs, repertus à militib; quia uecors erat, mitissimus uidebatur imprudẽtibus, Imperator effectus est. Hic uentri, uino, libidini scẽdã obediẽs, uecors & prope hebes, ignauus ac pauidus, libertorũ & cõiugis imperijs subiectus fuit. Huius tẽpore Scribonianus Camillus intra Dalmatias imperator creatus, cõtinuo occiditur. Mauri prouincijs à Cæsare pulsĩ, caesa Musulamiorũ manus est, aqua claudia Romã introducta. Huius uxor Messalina primo clam, mox passim quasi iure adulterijs utebat. Ex q̃ facto plures metu abstinẽtes extincti sũt. Dehinc atrocius accensa, nobiliores quasq; nuptas & uirgines, scortorũ modo

P 2 secum

secum proposuerat: coactiq; mares ut adessent. Quod si quis talia horruerat, adfecto crimine, in ipsum, omnemq; familiã sauebatur, ut magis uideretur sub imperatore uiro, q̃ imperatori nupta esse: ita liberti eius potestatem summam adepti, stupris, exilio, cæde, proscriptionibus omnia fœdabãt. Ex quibus Felicẽ legionibus Iudææ præfecit. Possidio eunuchò post triumphũ Britãnicum, inter militarium fortissimos, arma insignia tanq; participi uictoriæ dono dedit. Polylum inter COSS. medium incedere fecit. Hos omnes anteibat Narcissus, ab epistolis dominũ se gerens ipsius domini, Pallasq; prætorijs ornamentis sublimatus, adeo diues, ut causante eo inopiam fisci, lepidissime famoso elogio uulgatum sit. Abunde ei pecuniã fore, si à duobus libertis in societã reciperetur. Huius temporibus uisus est apud Aegyptũ Phoenix, quã ferunt uolucrẽ anno D. ex Arabia memoratos locos aduolare. atque in Aegæo mari repente insula emerit. Hic Agrippinam Germanici fratris sui filiam uxore duxit, quã filio imperium procurans, primo priuignos insidijs multiformibus, dehinc ipsum coniugem ueneno interemit. Vixit annis LXIII. cuius funus, ut quondam in Tarquinio Prisco diu occultatum: dum arte muliebri corrupti custodes agrũ simulant, Nero priuignus eius imperij iura suscepit.

DOMITIUS NERO.



DOMITIUS Nero, patre Domitio Aenobarbo genitus, matre Agrippina, imperauit annis XIII. Iste quinquennio tolerabilis uisus. Inde quidã prodidere Traianũ solitum dicere, procul distare cunctos principes à Neronis quinquennio. Hic in urbe amphitheatrũ & lauacra construxit. Pontum in ius prouinciã Polemonis Reguli permissu redegit. a quo Polemoniãcus Pontus appellatus est. Idemq; Cottias alpes, Cottio rege mortuo. Eo nanq; dedecore reliquũ uitæ egit, ut pudeat memorare huiuscemodi quenq;: eò progressus est, ut neq; suã, neq; aliorum pudicitia parcẽs, ad extremũ amictus nubentium uirginũ specie, palam conuocato Senatu, dote dicta, cunctis festa de more frequẽtantibus, nuberet. Pelle tectus ferã, utriq; sexui genitalia uultu cõtractabat: matrẽ etiam stu pro contaminauit, quanq; postmodum interemit. Octauiam & Sabinã cognomento Poppeam, in matrimoniũ duxit, uiris earum trucidatis. Tunc Galba in Hispania procul & C. Iulius imperiũ corripuere. Vbi aduẽtare Nero Galbam didicit, Senatusq; sententiã constitutum, ut more maiorũ collo in furcam coniecto, uirgis ad necem caderetur, desertus undiq; noctis medio egressus urbẽ sequentibus Phaone Epaphrodito, Neophytõq; & Spadone Sporo, quẽ quondam Nero exectum formare in mulierẽ tentauerat, semet ictu gladij transegit, adiuuãte trepidantem manum impuro, de quo diximus, eunuchò Sporo, cum sanẽ prius nullo reperto, à quo feriretur, exclamaret, Itã ne nec amicum habeo, nec inimicũ? dedecorose uixi, turpius pereã. Perijt anno ætatis XXXII. Hunc Persã intantũ dilexerunt, ut legatos mitterent, orantes copiam cõstruendi momenti. Cæterũ adeo cunctã puincia, omnisq; Roma interitu eius exultauit, ut plebs induta pileis manumissionũ, tanq; sæuo exẽpta domino, triũpharet.

Sergius

SERGIUS GALBA:



GALBA nobili Sulpitiorū genere progenitus, imperauit mēses VII, diesq; totidem. Iste in adolescentes infamis, ad uescendū intemperās fuit, Trium amicorū consilio, id est Iunij, Cornelij, & Caelij, cuncta disponens, adeo, ut inter Palatinas aedes pariter & uulgo pædagogū diceretur. Hic ante sumptā dominationem multas prouincias egregie administrauit, militē seuerissime tractans, ita, ut ingresso eo castra, uulgaretur statim, Disce militare miles, Galba est, nō Gertulicus. Cum LXXIII ætatis annum ageret, dum factione Othonis accensas legiones lorica tectus lenire contenderet, ad lacum Curtium cæsus est.

OTHO SALUIVS.



SALUIVS Otho splendidis ortus maioribus, ex oppido Ferentino, imperauit menses IIII. Vita omni turpis, maxime adolescentia. Hic à Vitellio primum apud Placentiam, dehinc apud Bebriacū uictus, semet gladio transfixit, anno ætatis XXXVII. adeo amabilis militibus proprijs, ut pleriq; corpore eius uiso, suis manibus interierint.

VITELLIVS:



VITELLIVS ortus familia nobili, patre Lucio Vitellio III consule, imperauit menses VIII. Iste mente crudelis, auarusq; cū profusione fuit. Huius tempore Vespasianus in oriente principatū abripuit: à cuius militibus certamine sub muris urbis habitato, superatus, & palatio quo se abdiderat, Vitellius uinctis à tergo manibus, productus circūducitur ad spectaculum uulgi. Ac ne homo impudens, in extremis saltem malorū quæ gesserat, rubore faciem demitteret, subiecto in mentū gladio, seminudus multis cœno, fimo, & cæteris turpioribus dictu purgamētis uultū eius incessentibus, per scalas Gemonias trahitur, ubi Sabinum Vespasiani fratrem necari permiserat, numerosis ictibus confossus interijt. Vixit annis LVII. Hi omnes quos paucis attigi, præcipue Cæsarum gens, adeo literis culti, atq; eloquentia fuere, ut ni cunctis uitijs absq; Augusto nimij forent, profecto texissent immodica flagitia.

VESPASIANVS.



VESPASIANVS imperauit annis X. Huius inter cætera bona illud singulare fuit, inimicitias obliuisci, adeo, ut Vitellij hostis sui filiam locupletissime dotatam, splendidissimo cōiungeret uiro. Ferebat patienter amicorū motus, cōtumelijs eorū, ut erat facetissimus, dictis iocularibus respondens. Nanq; Licinium Mutianū, quo adiutore ad imperiū peruenerat, fiducia meritorū insolentem flectebat, adhibito aliquo utriq; familiari, id unū dicēs, Nosti me uirū esse. Sed quid mirū in amicis, cum etiā Causidicorū obliqua dicta, & Philosophorū cōtumaciā contemneret? Iste exanguē diu, fessumq; terrarū orbē breuī refecit. Nanq; primū satellites Tyrānidis, nisi qui forte atrocius longe processerant, fle

etere potius maluit, quàm excruciatos delere: prudentissime ratus, nefaria ministeria à pluribus metu curari. Præterea legibus æquissimis monendo, quod quæ uehementius est, uitæ speciem uitiorum plura aboleuerat. Infirmus tamē, uti quidam prauè putant, aduersus pecuniam, cum satis constet ærarij inopia, & clade urbium, nouas cum nequæ postea habitas uectigaliū pensiones exquisiuisse. Hic Romam deformē incendijs ueteribus ac ruinis, permissa, si domini deessent, uolentibus ædificandi copia, Capitolium, ædem Pacis, Claudijque monimēta reparauit: multaque noua instituit per omnes terras, qua ius Romanū est, renouata: urbes cultu egregio. Viæ operibus maximis munitæ sunt. Tunc cauati montes per Flaminiam sunt prono transgressi, quæ uulgariter Pertusa petra uocatur. Mille gentes compositæ, cum ducetas ægerrime reperisset, extinctis sæuitia Tyrannorum plerisque, Rex Parthorū Vologeses metu solo in pace coactus est. Syria seu Palæstina, nec non Cilicia, Tracheta, & Comagene, quæ hodie Augusto phratensem nominamus, prouincijs accessere. Iudæi quoque additi sunt. Hic momentibus amicis, ut caueret à Metio Pomposiano, de quo sermo percrebuerat, regnaturū, Consulē fecit, alludens tali cauillo, Quādoque memor erit tanti beneficij. Institutum uero uniforme omni imperio tenuit. Vigilare de nocte, publicisque actibus absolutis charos admittere, dum salutatur calciamēta sumens & regium uestitum. Post autem negocijs, quæcumque aduenissent, auditis, exerceri uetatione, deinde requiescere, postremo ubi lauisset, remissione animo cōuiuium curabat. Plura dicere studium coegit imperatoris boni, quæ ab Augusti morte post annos VI & L. Romana Resp. exanguis sæuitia tyrannorum quasi fato quodam, ne penitus rueret, adsecuta est. Itaque annum agens uitæ absque uno septuagesimū, serijs ioca, quibus delectabatur, admiscens interijt. Quippe primo cum crinitum sydus apparuisset, Istud inquit, ad regem Persarū pertinet, cui capillus effusior. Deinde uentris ingluuie fessus & adsurgēs, Stantem ait, imperatorem excedere terris decet.

TITVS.



TITVS uocabulo patris etiam Vespasianus dictus, matre liberta Domicilla nomine genitus, imperauit annos II. & menses II. diesque XX. Iste à puero præclaris studijs, pbilitatis, militiæ, literarum instantissime deditus, quo contenderet, animi & corporis muneribus ostendit. Hic ubi patriæ curam suscepit, incredibile est, quātum quos imitabatur, anteierit, præcipue demētia, liberalitate, honorificentia, ac pecuniæ contemptu: quæ eo amplius grata fuere, quod ex nonnullis à priuato adhuc priuatis asperior, luxuriæque, & auaritiæ amans credebatur fore. Namque præfecturam pratorianam patre imperante adeptus, suspectum quæque & oppositum sibi, immixtis qui per theatra & castra inuidiosa iactantes ad pœnam poscerent, quasi criminis conuictos oppressit. In queis Cecinnā consularem adhibitum cœnæ, uix dum tridinio egressum, ob suspicionem stuprati Berenicis uxoris suæ iugulari iussit. Iurgia autē sub patre uenundata, rapinarū cupidum, unde Neronem cuncti uocantes, opinantesque summā rerum nactum, grauius

grauiter acceperant. Sed hæc in melius conuersa, adeo ei immortalẽm gloriam contulere, ut delitiæ atq; amor humani generis appellaretur. Deniq; ut subiit pondus regium, Berenicen nuptias suas sperantem, regredi domũ, & eneruatum greges abire præcepit. Quo facto, quasi signum protulit mutatae intemperantia. Dehinc cum donata, concessaue à prioribus principibus firmare insequentes solerent: simul ut imperium cepit, talia possidentibus edicto sponte cauit uel concessit. Quadam etiam die, recordans uesperis, nihil se cuiq; præstitisse, uenerando, cælestiq; dicto, Amici ait, perdidimus diem: quia erat magnificæ liberalitatis. Clemetiam uero usq; eò perduxit, ut amplissimi ordines duo, cum aduersus eum coniurassent, neq; abnuere cogitatum scelus quirent, monuerit primo: post deductos in spectaculum se utrinq; assidere iusserit: petitoq; ex industria mirmillonum, quorum pugnae uisebantur, gladio, quasi ad explorandam aciem, unũ atq; alteri comiserit: quibus percussis & constantiam mirantibus diceret, Videtis ne potestates fato dari, frustra q; tentari facinus potiundi spe, uel amittendi metu: Fratrem quoq; Domitianũ parantem insidias, militumq; animos sollicitatem, flens sapius obtestatus est, ne paricidio adsequi cuperet, quod & se uolente esset obuenturum ei, etiam haberet, cum sit particeps potestatis. Huius tempore mons Vesuuus in Campania ardere cepit, incẽdiumq; Romæ sine nocturna requie per triduum fuit. Lues quoq; quanta uix unq; antea fuit. Quibus tamen malis nonnullis uexatis, pecunia propria subuenit, cunctis remedium generibus: nunc agrotantes per semetipsum reficiens, nunc consolans suorum mortibus afflictos. Vixit annis xli. & in eodem, quo pater apud Sabinos agro, febre interiit. Huius mors credi uix potest, quantum luctus urbi, prouincijsq; intulerit, adeo, ut eum delicias publicas, sicut diximus, appellates, quasi perpetuo custode orbatum terrarum orbem deflerent.

DOMITIANVS.

DOMITIANVS & Domicilla libertæ filius, germanus Titi, imperauit annis xv. Iste primo clemetiam simulans, neq; adeo iners, domi, belliq; toleratior uidebatur, Idcircoq; Catos, Germanosq; deuicit. ius æquissime dixit. Romæ multa ædificia uel cepta, uel à fundamētis construxit. Bibliothecas incendio consumptas, petitis undiq; præsertim Alexandria, exẽplis reparauit. Sagittarũ tam doctus fuit, ut inter patentes digitos extentæ manus uiri procul positi spicula transuolarent. Dehinc atrox cædibus, bonorũ supplicia agere cepit, ac more Caligulæ dominũ sese, deũq; dici coëgit: signisq; ridicule remotis omnibus, muscarũ agmina psequēbat. Furẽs libidine, cuius foedũ exercitiũ, Græcorũ lingua *καλινοπάλμη* uocabat. Hinc punctanti cuidã quisq; ne in palatio esset, respõsum est, Ne musca quidem. His eius sæuitijs, ac maxime iniuria uerborũ, qua se scortũ uocari dolebat, accẽsus Antonius curas Germaniã superiorẽ, imperiũ corripuit. Quo p Normaniũ Appiũ acie strato Domitianũ lōge deterior in omne hoim gen^o etiã in suos ferarũ more grassabat. Igit metu crudelitatis, & cõscientiæ suæ cõiurauere pleriq; impulsorib⁹ Parthenio pcurate cubiculũ, & Stephanũ

Germania
superior.

no: & tum ob fraudem interceptæ pecuniæ, supplicium suspectante Clodiano, adscita etiam in consilio tyranni uxore Domitia, ob amorē Paridis histrionis à principe cruciatus formidante, Domitianū multis uulneribus confodiūt, post annum V & XL uitæ. At Senatus gladiatoris more funus efferri, radendumq; nomen decreuit. Huius tempore sæculares ludi celebrati sunt.

COCCEIUS NERVA.



HACTENVS Romæ seu per Italiam orti imperium rexere: hinc aduenæ. Vnde compertum est, urbem Romam externorum uirtute creuisse. Quid enim Nerva prudentius aut moderatius? Quid Traiano diuinius? Quid præstantius Adriano? Cocceius Nerva oppido Narniensi genitus, imperauit menses XIII. dies X. Iste cum imperium suscepisset, mox rumore orto, uiuere atq; affore Domitianum, perinde trepidauit, ut colore mutato, uerbis amissis, uix consisteret. Sed à Parthenio cõfirmatus, recepta fiducia, ad solene delinimentū cõuersus est. Qui cum in curia à Senatu graueranter exceptus esset, solus ex omnibus Arrius Antoninus uir acer, eiq; amicus simus, conditionem imperantium prudenter exprimēs, amplexus eum, gratulari se ait Senatu & populo, prouincijsq; ipsi autem nequaq; cui satius fuerat malos semper principes eludere, q̄ tanti oneris uim sustinentem, aut molestijs modo & periculis subiici. Sed famæ etiam inimicorū pariter & amicorū: Qui cum se mereri omnia præsumūt, si quicq; non extorsērūt, atrociores sunt ipsis quoq; hostibus. Iste quicqd antea pœnæ nomine tributis accesserat, indulgit: afflictas ciuitates releuauit: puellas, puerosq; natos parentibus egestosis, sumptu publico per Italiæ oppida ali iussit. Hic ne accessu maleuolorū terreretur, Iunij Mauritij constantis uiri dicto ita admonetur. Qui cõuiuio familiari adhibitus, cum Veientonem consulari honore functum quidem, apud Domitianū tamē multos occultis criminationibus persecutum, adesse uidisset: inter colloquia mentione Catuli facta calumniatoris præcipui dicente Nerva, Quid nūc faceret, si Domitiano superuixisset? Nobiscum inquit Mauritius cœnaret. Hic iurgiorū disceptator & scientissimus & frequens fuit. Calpurniū Crassum, promissis ingentibus animos militum pertētantem, detectum, confessumq; Tarentū cum uxore remouit, patribus lenitatem eius increpantibus. Cumq; interfectores Domitiani ad exitium poscerentur, tantum est consternatus, ut neq; uomitum, neque impetū uentris ualuerit differre. Et tamen uehementer obstitit, dictitans æquius esse mori, quàm auctoritatem imperij scẽdare, proditis potentiæ sumendæ auctoribus. Sed milites neglecto principe, requisitos Petronium uno ictu, Partheniū uero demptis prius genitalibus & in os cõiectis, iugulauere: redempto magnis sumptibus Casperio: qui scelere tam truci insolētior. Neruam compulsi referre apud populum gratias militibus, quia pessimos, nefandosq; omniū mortalium peremissent. Hic Traianū in liberi locum, inq; partem imperij adoptauit: cum quo tribus uixit mensibus. Qui dum suggerēte ira, nocte uoce q̄ maxima cõtra quendam Regulum nomine indamaret, sudore correptus est. Eo die quo interiit, solis defectio facta est.

Vlpus

VLPIVS TRAIANVS.



VLPIVS Traianus ex urbe Tudertina, Vlpus ab auo dictus, Traianus à Troio paterni generis autore, uel de nomine Traiani patris sic appellatus, imperauit annis xx. Iste talē se Reipublicæ præbuit, qualem uix, ægrèq; exprimere ualuerūt summorum scriptorū miranda ingenia. Hic imperiū apud Agrippinam nobilem Galliæ coloniam suscepit, habēs diligentia in re militari, in ciuilibus lenitatem, in subleuandis ciuitatibus largitionē. Cumq; duo sint, quæ ab egregijs principibus expectentur, Sanctitas domi, in armis fortitudo, utrobique prudentia, tantus erat in eo maximarū rerum modus, ut quasi temperamento quodam uirtutis micuisse uideretur: nisi quia cibo, uinōq; paululum deditus erat: liberalis in amicos, & tanq; uitæ cōditione par societatibus perfrui. Hic ob honorem Suræ, studio cuius imperium abripuerat, lauacra condidit. De quo supra peruacaneum uidetur, cuncta uelle nominatim promere, cum satis sit excultum atq; emendatum dixisse. Fuit enim patiens laboris, studiosus optimi cuiusq; ac bellicosi: magisq; simpliciora ingenia, aut eruditissimos, q̄uis ipse parca esset scientiæ, moderatēq; eloquēs, diligebat. Iustitiæ uero, ac iuris humani, diuiniq; tam repertor noui, q̄ inueterati custos. Quæ omnia eo maiora uisēbātur, quoniam per multos atq; atroces Tyrānos perditō atq; prostrato statu Romano, in remedium tantorū malorū diuinitus credebatur opportune datus, usq; eo, ut adueniēs imperiū eius pleraq; mirifica denūciauerint. In queis præcipuū cornicem ē fastigio Capitoli Atticis sermonibus effata καλῶς ἔσαι. Huius exusti corporis cineres relati Romā, humaniq; Traiani foro sub eius columna, & imago superposita, sicuti triumphātes solent in urbem inuecta Senatu præeunte, & exercitu. Eo tempore multo perniciosius, q̄ sub Nerua Tyberis inūdauit, magna dade ædium: & terræmotus grauis per prouincias multas, atroxq; pestilētia, famēs, & incendiā facta sunt. Quibus omnibus Traianus p̄ exquisita remedia plurimum opitulatus est: statuens ne domorum altitudo LX superaret pedes, ob ruinas faciles, & sumptus, si quando talia contingerent, exitiosos. Vnde merito pater patriæ dictus est. Vixit annis LXIII.

AELIVS ADRIANVS.



AELIVS Adrian⁹ stirpis Italici, Aelio Adriano Traiani principis cōsobrino Adriæ orto genitus, q̄ id oppidū agri Piceni, etiā mari Adriatico nomē dedit, impauit annis XII. Hic Græcis literis impensius eruditus, à plerisq; Græculus appellatus est. Atheniēsium studia, moresq; auxit, poetico non sermone tantū, sed & ceteris disciplinis canēdi, psallēdi, medendiq; sciētia, Musicis, Geometriā, pictor, fictor, æmulatorq; ex are uel marmore proxime Polydetos, & Euphranoras. Proinde omīno ad ista effect⁹, ut elegātius nūq; raro quicq; huiusmanæ res exptæ uideātur. Memor supra q̄ cuiq; credibile est. Locos, negotia, milites, absentes q; nomīnib⁹ recēscere, rē immēsi laboris. Quippe q; puincias oēs pedib⁹ circūierit, agmē comitatū prauertēs, cū oppida uniuersa restitueret, auget

augeret ordinibus. Namque ad specimen legionum militarium, fabros, perpendiculariores, architectos, genusque cunctum extruendorum moenium, seu decoratorum in cohortes centuriaverat. Varius, multiplex, multiformis ad vitia, atque uirtutes, quasi arbiter genitus, impetum mentis quodam artificio regens: ingenium inuidum, triste, lasciuum, & ad ostentationem sui insolens callide tegebat. Continentiam & facilitatem, clementiam simulans, contraque dissimulans ardorem gloriae, quo flagrabat, acerrimus ad lacessendum pariter, & respondendum serijs, ioco, maledictis, referre carmen carmini, dictum dicto, prorsus ut meditatum crederes aduersus omnia. Huius uxor Sabina, dum prope seruilibus iniurijs adficitur, ad mortem uoluntariam compulsa: quae palam iactabat, quae immane ingenium pertulisset: & elaborasse, ne ex eo humani generis pernicies grauidaretur. Hic morbo subtercutaneo, quae diu placide pertulerat, uictus, dolore ardens, impatiensque plures in Senatu extinxit. A regibus multis pace occultis muneribus impetrata, iactabat palam plus se ocio adeptum, quam armis ceteros. Officia sane publica, & palatina, necnon militiae in eam formam statuit, quae paucis per Constantinum immutatis hodie perseverant. Vixit annos LXII. dehinc miserabili exitu consumptus est, Cruciatu membrorum ferè omnium confectus, intantum, ut sese interficiendum ministrorum fidelissimis precans offerret. Ac ne in semetipsum saeuiret, custodia charissimorum seruaretur.

ANTONINVS PIVS.



ANTONINVS Fuluius, seu Boionius dictus, postea etiam Pius cognominatus est, imperauit annis XXIII. Iste ab Adriano in filium adoptatus, cuius gener fuerat, tanta bonitatis in principatu fuit, ut haud dubie sine exemplo uixerit. Quamuis cum Numae contulerit aetas sua, cum orbe terrae nullo bello per annos XXIII autoritate sola rexerit, adeo tremetibus eum, atque amantibus cunctis regibus, nationibusque & populis, ut parentem seu patronum magis quam dominum imperatorem uere putarent, omnesque uno ore in caelestium morem propitium optantes, de controversijs inter se iudicem poscerent. Quin etiam Indi, Bactri, Hircani legatos misere iustitia tanti imperatoris comperta, quam ornabat uultu sereno & pulchro, procerus membra, decenter ualidus. Prius quam salutandus prodiret, degustans panis aliquantulum, ne frigescente circum praecordia per ieiunium sanguine uiribus exesis interciperet. Eoque actu publicorum laboribus minime sufficeret, quae incredibili diligentia ad speciem optimi patrisfamilias exequerat, appetentia gloriae carens, & ostentatione, adeo mansuetus, ut instantibus patribus ad eos qui contra eum coniurauerant, persequendos compresserit quaestionem, praefatus, necesse non esse sceleris in semetipsum cupidus pertinacius indagari: ne si plures reperiretur, quatis odio esset, intelligeret. Igitur cum esset annorum LXXII apud Lorios uilla propria, milibus passuum XII ab urbe, febris paucorum dierum post tres atque XX annos imperij consumptus est. Ob cuius honorem, templa, sacerdotes, atque infinita alia decreta sunt. Vtique eo autem mitis fuit, ut cum ob inopiae frumentariae suspicionem lapidibus a plebe Romana perstringeret, maluerit ratione exposita placare, quam ulcisci seditionem.

Marcus

MARCUS ANTONINVS.



MARCVS aut Antoninus imperauit annis XVIII. Iste uirtutū omniū, cælestisq; ingenij extitit, erumnisq; publicis quasi defensor obiectus est. Etem nisi ad illa tempora natus esset, profecto quasi uno lapsu ruisent omnia status Romani. Quippe ab armis quies nunq; erat: perq; omnē orientē, Illyricū, Italiā, Gallianq; bella feruebant: terræmotus nō sine interitu ciuitatū. Inundationes fluminū, lues crebræ, locustarū species agris infestæ prorsus, ut propè nihil, quo summis angoribus atteri mortales solent, dici, seu cogitari queat, quod non illo imperate sæuierit. Credo diuinitus attributū, ut dum mūdi lex, seu natura aliunde quid hominibus incognitū gignit, rectorum consilijs tanq; medicinæ remedijs leniatur. Is propinquū suum Luciū Annium Verū, ad imperij partē nouo beneuolentiæ genere adsciuit. Qui Verus inter Altinū atq; Concordiā iter faciēs, ictu sanguinis, quē morbū Græci ἀπόπληξι uocāt, undecimo imperij anno extinctus est, carminū maxime Tragitorū studiosus, ingenij asperi atq; lasciu.

MARCUS ANTONINVS.



OST cuius obitū M. Antoninus Remp. solus tenuit, à principio uitæ trāquillissimus, adeo, ut ab infantia uultū nec ex gaudio, nec ex mœrore mutauerit, philosophiæ studens, literarūq; Græcarū peritissimus. Hic permisit uiris clarioribus, ut cōuiuia eodem cultu, quo ipse, & ministris similibus exhiberēt. Hic cū ærario exhausto, largitiones quas militibus impenderet, nō haberet: neq; indicare prouincialibus, aut Senatui aliquid uellet, instrumentorū regij cultus, facta in foro Traiani sectione, distraxit, uasa aurea, pocula cristallina & murrhina, uxoriā ac suam sericā & aureā uestem, multa ornāmēta gemmarū: ac per duos continuos menses uenditio habita est, multūq; auri redactum. Post uictoriā tamen emptoribus precia restituit, qui reddere comparata uoluerunt. Molestus nulli fuit, qui maluit semel empta retinere. Huius tempore Cassius tyrannidem arripiens, extinctus est. Ipse uitæ anno LIX. apud Bendobonā morbo cōsumptus est. De eius nuncio Romam peruecto, confusa luctu publico urbe, Senatus in curia ueste tetra indutus, lachrymans cōuenit. Et quod de Romulo ægre creditum est, omnes pari sensu præsumpserūt, Marcum cælo receptum esse: ob cuius honorem templa, columnæ, multaq; alia decreta sunt.

COMMODOVS.



AVRELIVS Cōmodus M. Antonini filius, Antoninus & ipse dictus, imperauit annis XIII. Hic qualis futurus esset, in ipso primordio ostendit. Nam cū in supremis moneretur à parente, attritos iam Barbaros ne permitteret uires recipere, respondit, Ab incolumi, quibus paulatim negocia perfici posse, à mortuo nihil. Sæuior omnibus libidine atque auaritia, crudelitate, nulli fidus, magisque in eos atrox, quos amplissimis honoribus, donisque ingentibus extulerat.

tulerat. Intantū deprauatus, ut gladiatorijs armis sapiſſime in amphitheatro dimicauerit. Huic Martia generis libertini, forma tamen, meretricijsq; artibus pollens, cum animū eius penitus deuinxisset, egresso è balneo, ueneni poculum obtulit. Ad extremum ab immisso ualidissimo palæstrita, compressis faucibus expirauit, anno uitæ tricesimo secundoq;.

AELIUS PERTINAX.



AELIUS Pertinax imperauit dies LXXXV. Iste coactus imperauit, repugnansq; suscipiens tale cognomentum sortitus est. Origine gentis sordida, præfecturā urbi agēs, imperator effectus scelere Iuliani multis uulneribus obrūcatur, annos natus VII atq; LX. Huius caput tota urbe circūuectū est. Hoc exitu obiit uir ad humanā cōuersationis exemplū per laboris genera uniuersa absumptus, prouectusq; eò, ut fortunæ uocaretur pila. Nam libertino genitus patre apud Ligures in agro squalido Lollij Gentiani, cuius in præfectura quoq; clientē se esse libētissime fatebatur. Fuit doctor literarū, quæ à grāmaticis traduntur, blandus magis q; beneficus. Vnde eum græco nomine λογος appellauere. Nunq; iniuria accepta ad ulciscendū ductus: amabat simplicitatem, cōmunem se affatu, cōuiuio, incessu præbebat. Huic mortuo diui nomē decretū est: ob cuius laudem ingeminatis adusq; defectum plausibus, addlaturum est, Pertinace imperante securi uiximus: neminem timuimus, patri Pio, patri Senatus, patri omnium honorum.

DIDIUS IULIANVS.



DIDIUS Iulianus ortu Mediolanēsis, imperauit mensibus VII. uir nobilis, iure peritissimus, factiosus, præceps, regni auidus. Hoc tempore Niger Pescēninus apud Antiochiā, in Pānonia Sabaria Septimius Seuerus creantur Augusti: ab hoc Seuero Iulianus in abditas palatij balneas ductus, extenta damnatorum modo ceruice decollatur, caputq; eius in rostris ponitur.

SEPTIMIUS SEVERVS.



SEPTIMIUS Seuerus imperauit annis XVIII. Hic Prisceniū interemit hominē omniū turpidinū. Sub eo etiā Albinus, qui in Gallia se Cæsare fecerat, apud Lugdunū occiditur. Hic Seuerus filios suos, successores suos reliquit, Bassianū & Getam. Hic in Britānia uallū per XXXII passuū millia à mari ad mare deduxit: fuit bellicosissimus omniū, qui ante eum fuerūt, Acer ingenio ad omnia quæ intendisset, in finem perseverans. Beneuolentiā quo inclinasset mirabili ac perpetua, ad quærendū diligēs, ad largiendū liberalis: in amicos, in inimicosq; pariter uehemens. Quippe qui Lateranū Chilonē, Amilinū Bassum, ceterosq; alios ditaret: ædibus quoq; memoratu dignis, quarū præcipuas uidemus, Parthorum quæ dicuntur, ac Laterani. Hic nulli in dominatu suo permisit honores uenūdari: latinis literis sufficienter instructus, punica eloquētia præptior. Quippe genitus apud Leptim prouinciæ Africæ, is dum membrorū omniū maxime pedum

pedum dolorem pati nequiret: ueneni uice, quod ei negabatur, cibum grauis ac plurimæ carnis auidius inuasit: quem cum conficere non posset, cruditatē pas- sus, expirauit. Vixit annos LXX.

ANTONINVS CARACALLA.



VRELIVS Antonin⁹ Bassianus Caracalla, Seueri filius, Lugduni genitus, imperauit solus annis VI. Hic Bassianus ex aui materni nomine dictus est. At cum è Gallia uestem plurimā deuexisset, talaresq; Caracallas fecisset, coëgissetq; plebem ad se salutādum indutam talibus introire, de nomine huiusce ue-

stis Caracalla cognominatus est. Hic fratrem suum Getam peremit, ob quā causam, furore pœnas dedit Dirarū insectatione: quæ nō immerito Ultrices uocantur: à quo post furore cōualuit. Hic corpore Alexandri Macedonis conspecto, Magnū atq; Alexandrū se iussit appellari, ad sentātium fallatijs eò perductus, uti truci fronte, & ad læuum humerum conuersa ceruice, quod in ore Alexandri notauerat incedens, fidem uultus simillimi persuaderet sibi. Fuit impatiens libidinis, quippe qui noueram suam duxit uxorem. Cum Carris iter faceret, apud Aedessam secedens ad officia naturalia, à milite qui quasi ad custodiā sequebatur, interfectus est. Vixit annis ferè XXX, corpus eius Romā relatum est.

MACRINVS ET DIADVMENVS



MACRINVS cū Diadumeno filio ab exercitu imperatores creati, imperauerūt menses XIII, ab eodem exercitu obruncantur, pro eo, quia Macrinus militarem luxuriam, stipendiāq; profusiora comprimeret.

AVRELIVS HELIOGABALVS.



VRELIVS Antoninus Varius, idem Heliogabalus dictus, Caracalla ex Semea consobrino occulte stuprata filius, imperauit biennio & mensibus VIII. Huius matris Semeæ auus Bassianus nomine fuerat, Solis sacerdos. Is cum Romam ingenti militum & Senatus expectatione uenisset, probris se omnibus contaminauit. Cupiditatem stupri quā adsequi naturæ defectu nondum poterat, in se conuertens, muliebri nomine Bassianam se pro Bassiano iusserat appellari. Vestalem uirginē quasi matrimonio iungēs suo, abscissisq; genitalibus, matri se Magnæ sacrauit. Hic Macellū, qui post Alexāder est dictus, consobrinū suum Cæsare fecit. Ipse tumultu militari interfectus est. Huius corpus per urbis uias more canini cadaveris à mi-

lite tractū est, militari cauillo appellantiū, indomitæ & rabidæ libidinis catulā. Nouissime cū angustū foramen cloacæ corpus minime reciperet, usq; ad Tyberim deductū, adiecto pondere ne unq; emergeret, in fluuiū proiectū est. Vixit annis XVI. atq; ex rebus quæ acciderāt, Tyberinus, Tractitijsq; appellatus est.

SEVERVS ALEXANDER.



SEVERVS Alexāder imperauit annis XIII. Hic bonis Reipub. fuit crūnosus. Sub hoc imperate Taurinus Augustus effectus est. Ob timorem ipse se Euphrati fluuiō obiecit. Tunc etiā Maximinus re-

Q gnum

gnum arripuit, pluribus de exercitu corruptis. Alexāder uero cum deserui semet à stipatoribus uidiſſet, matrem ſibi cauſam fuiſſe mortis exclamans, accurrenti percuffori, obtuluto capite, ceruices ſuas ualide compreſſas præbuit, anno uitæ XXVI. Huius mater Māmæa eò filium coegerat, ut illa ipſa permodica ſi menſæ, prandiâq; ſupereſſent, quàmuis conuiuiò reponerentur.

IULIUS MAXIMINVS.



IULIUS Maximinus Thrax è militari⁹, imperauit annis III. Is dum perſequitur pecunioſos, inſontes pariter, noxioſque, apud Aquileiam ſeditione militum diſcerptus eſt, unâ cum filio conclamantibus cunctis militari ioco. Ex peſſimo genere ne catulum habendum. Huius imperio duo Gordiani pater & filius principatum arripientes, unus poſt unū interiire. Pari etiam tenore Pupianus & Balbinus regnum inuadentes, preſumpti ſunt.

GORDIANVS.



GORDIANVS nepos Gordiani ex filia ortus Romæ clariffimo patre, imperauit annis VI. apud Cteſiphontē, à Philippo Præf. præ. accenſis in ſeditionem militibus, occiditur anno uitæ XX. Corpus eius propè fines Romani, Perſiciq; imperij poſitum: nomen loco dedit ſepulchrum Gordiani.

PHILIPPVS.



MARCVS Iulius Philippus imperauit annis V. Veronæ ab exercitu interfectus eſt, medio capite ſupra ordines dentiū præciſo. filius autem eius Gallus Iulius Saturninus, quem Potentia ſociauerat, Romæ occiditur, agens uitæ annos XII. adeo ſeueri & triſtis animi, ut iam tum à quinquenni ætate, nullo proſus cuiuſq; commento ad ridendum ſolui potuerit: patre inq; ludis ſecularibus petulantius cachinnatē, quanq; adhuc tener, uultu notauerit auerſato. Is Philippus humillimo ortus loco fuit, patre nobiliſſimo latronum ductore.

DECIVS.



DECIVS è Pannonia Bubalia natus, imperauit menſes XXX. Hic Decium filium ſuum Caſarem fecit: uir artibus cunctis, uirtutibusq; inſtructus, placidus & cõmunis domi, in armis promptiſſimus, in ſolo Barbarico inter cõfulas turbas gurgite paludis ſummerſus eſt, ita, ut nec cadauer eius potuerit inueniri: filius uero eius bello extinctus eſt. Vixit annis L. Huius temporibus Valens Lucinianus imperator effectus.

VIRIVS GALLVS.



VIRIVS Gallus cū Voleſiano filio imperauerunt annis II. Horum temporibus Hoſtilianus Perpenna à Senatu imperator creatus, nec multo poſt peſtilentia cõſumptus eſt. Sub his etiã Aemilianus in Mœſia imperator effectus eſt: cõtra quẽ ambo proſecti, apud Interānem ab exercitu ſuo cædunt, anno ætatis pater

pater VII circiter & XL creati in insula Menynge, quæ nunc Girba dicitur, Aemilianus uero mense IIII dominatus, apud Spoletum siue Pontem, quem ab eius cæde Sanguinariū accepisse nomē ferunt, inter Oriculum, Narniamq; & Spoletum, & urbem Romam regione media positum. Fuit autē genere Maurus, Pugnax, nec tamen præceps. Vixit annis IIII minus L.

L I C I N I V S V A L E R I A N V S.



L I C I N I V S Valerianus cognomento Colobius, imperauit annis XV. parentibus ortus splendidissimis, stolidus tamen & multum iners, neque ad usum aliquem publicum officio, consilio seu gestis accommodatus. Hic filium suum Galienum Augustum fecit, Galienique filium Cornelium Valerianum Caesarem. His imperantibus Religianus in Mœsia, Cassius Labienus Posthumus in Gallia, Galieni filio interfecto, imperatores effecti sunt. Pari modo Aelianus apud Moguntiam, cum in Aegypto Aemilianus, apud Macedonas Valens, Mediolani Aureolus dominatum inuasere. Valerianus uero in Mesopotamia bellum gerens, à Sapore Persarum rege superatus, mox etiam captus est: apud Parthos ignobili seruitute consenuit. Nam quandiu uixit, rex eiusdem prouinciæ incuruato eo pedem ceruicibus eius imponens, equum ascendere solitus erat.

G A L I E N V S.



G A L I E N V S quidem in locum Cornelij filij sui, Salonianum alterum filium subrogauit, amoris diuerso pellicum deditus, Saloninae coniugis & concubinae, quam per pactiōem concessa parte superioris Pannoniæ, à patre Marcomannorum rege matrimonij specie susceperat Pipam nomine. Nouissime aduersus Aureolum profectus est. Quem cum apud Pontem, qui ex eius nomine Aureolus appellatur, obtentum, detrusumque Mediolanum, obsedit, eiusdem Aureoli comento à suis interiit. Regnauit annis XV. cum patre VII. & solus VIII. Vixit annis L.

C L A V D I V S.



C L A V D I V S imperauit annis II. Hunc plerique putant Gordiano satum, dum alij Licensa muliere matura institueretur ad uxorem. Hinc Claudius Galieni morientis sententia imperator designatus, ad quem Ticini positum per Gallonium Basilium indumeta regia direxerat, extinctoque à suis Aureolo, receptis regionibus, aduersum autem Alemanorum haud procul à lacu Benaci dimicans, tantam multitudinem fudit, ut ægre pars dimidia superfuerit. His diebus Victorinus regnum cepit. Claudius uero, cum ex Fatalibus libris, quos inspicere præceperat, cognouisset, sententiæ in Senatu dicendæ, primi morte remedium desiderari, Pomponio Basso, qui tunc erat, se offerente, ipse uitam suam, haud passus responsa frustrari, dono Reip. dedit, præfatus neminem tanti ordinis, primas habere ipsum Imperatorem. Ea res sic erat cunctis grata, ut non diu uocabulum modo, sed ex auro statuum prope ipsum Iouis simulacrum, atque in curia imaginem auream proceres sacrauerint.

Q 2 Quintilius

QVINTILIVS.



VIC successit frater eius Quintilius. Is paucis diebus imperium tenens, interemptus est.

AVRELIANVS.



AVRELIANVS genitus patre mediocri: & ut quidam ferunt, Aurelij clarissimi Senatoris colono inter Daciam & Macedoniam, impavit annis v. Iste haud dissimilis fuit Magno Alexandro, seu Caesari dictatori. Nam Romanam urbem triennio ab inuasoribus recepit: cum Alexander annis XIII per uictorias ingentes ad Indiam peruenerit, & C. Caesar decennio subiecit Gallos, aduersum ciues quadriennio congressus. Iste in Italia tribus praелиjs uictor fuit, apud Placentiam, iuxta amnem Metaurum, ac Fanum Fortunae, postremo Ticinensibus in campis. Huius tempore apud Dalmatas Septimius imperator effectus, mox a suis obruncatur. Hoc tempore in urbe Roma monetarii rebellauerunt, quos Aurelianus uictor ultima crudelitate compescuit. Iste primus apud Romanos diademam capiti innexuit: gemisq; & aurata omni ueste, quod adhuc ferè incognitum Romanis moribus uidebatur, usus est. Hic muris ualidioribus & laxioribus urbem sepelit. Porcinam carnis usum populo instituit. Hic Tetricum, qui imperator ab exercitu in Gallijs effectus fuerat, correctorem Lucaniae prouexit, aspergens hominem eleganti ioco, Sublimius habendum regere aliquam Italiae partem, quam trans alpes regnare. Nouissime fraude serui sui, qui ad quosdam militares uiros amicos ipsius, nomina pertulit adnotata, falso manum eius imitatus, tanquam Aurelianus ipsos pararet occidere, ab iisdem interfectus est in itineris medio, quod inter Constantinopolim & Heracleam est. Fuit saeuus & sanguinarius, & trux omni tempore, etiam filij sororis interfector. Hoc tempore VII mensibus interregni species euenit.

TACITVS.



TACITVS post hunc suscepit imperium, uir egregie moratus, qui ducentesimo imperij die apud Tarsum febre moritur.

FLORIANVS.



FLORIANVS successit Florianus. Sed cum magna pars exercitus equitantium Probum militiae peritum legisset, Florianus dierum LX quasi per ludum imperio usus, incisis a semetipso uenis, effuso sanguine consumptus est.

PROBVS.



PROBVS genitus patre agresti hortorum studioso Dalmatio sanguine, imperauit annis VI. Iste Saturninum in oriente, Proculum & Bonosum Agrippinae impatores effectos oppressit. Vineas Gallos & Pannonios habere permisit. Opere militari Alimum montem apud Syrmium, & Aureum apud Moesiam superiorem, uineis conseruit. Hic Syrmio in turri ferrata occiditur.

Carus.

C A R V S.



CARVS Narbonæ natus, imperauit annis $\overline{\text{II}}$. Iste confestim Carinum, & Numerianū Cæsares fecit. Hic apud Ctesiphonta, ictu fulminis interiit. Numerianus quoq; filius eius, cū oculorū dolore correptus in lecticula ueheret: impulsore Apro, qui socer eius erat, p̄ insidias occisus est. Cum dolo occultaret ipsius mors quousq; Aper inuadere posset imperium, factore cadaueris scelus est proditum. Hinc Sabinus Iulianum inuadēs imperium, à Carino in campis Veronēsis occiditur. Hic Carinus om̄ibus se sceleribus inquinauit. Plurimos innoxios, fictis criminibus occidit. Matrimonia nobilium corrumpit. cōdiscipulis quoq; qui taxauerūt eū in auditorio uerbi fatigatione, p̄niciosus fuit. Ad extremū trucidatur eius præcipue Tribuni dextera, cuius dicebatur cōiugē polluisse.

D I O C L E T I A N V S.



DIOCLETIANVS Dalmata, Amilini Senatoris libertin⁹, matre pariter, atq; oppido nomine Diodea, quorum uocabulis, donec imperium sumeret, Diodes appellatus. Vbi orbis Romani potentiam cepit, Graium nomē in Romanum morem conuertit. imperauit annis xxv . Is Maximianū Augustum effecit. Constantium & Galerium Maximianum cognomento Armentarium, Cæsares creauit, tradens Constantio Theodorā Herculij Maximiani priuignā abiecta uxore priori. Hoc tempore Carausio in Gallijs, Achilleus apud Aegyptū, Iulianus in Italia imperatores effecti, diuerso exitu periere. E quibus Iulianus acto per costas pugione, in ignem abiicit se. Diocletianus uero apud Nī comediam sponte imperiales fasces relinquens, in proprijs agris consenuit. Quidam ab Herculio atq; Galerio ad recipiendum imperium rogaretur, tanquam pestem aliquam detestans, in hunc modum respondit, Vtinam Salone possētis uisere olera nostris manibus instituta, profecto nunquā istud tentandum iudicaretis. Vixit annis Lxviii . ex quois communi habitu propē nouem egit. Morte consumptus est, ut satis patuit, per formidinem uoluntariam. Quippe cum à Constantino atque Licinio uocatus ad festa nuptiarum, per senectam, quo minus interesse ualeret, excusauisset, rescriptis minacibus acceptis, quibus increpabatur Maxentio fauisse, ac Maximino fauere, suspectans necem dedecorosam, uenenum dicitur hausisse. His diebus Constantius Constantini pater, atque Armentarius, Cæsares Augusti appellantur. Creatis Cæsaribus Seuerus per Italiā, Maximini Galerij sororis filio per orientē, eodemq; tempore Constantinus Cæsar efficitur. Maxentius imperator in uilla vi millibus ab urbe discreta itinere Lauicano: dehinc Licinius Augustus efficitur, paricq; modo Alexander apud Carthaginem Imperator fit: similicq; modo Valens Imperator creatur, quorum exitus iste fuit. Seuerus ab Herculio Maximiano Romæ intra tabernas extinguitur, funuscq; eius Galieni sepulchro infertur: quod ab urbe abest per Appiam millibus nouem.

Q : Galerius

GALERIVS MAXIMIANVS.



GALERIVS Maximianus, cōsumptis genitalibus defecit. Maximianus Herculeius à Constantino apud Massiliam obsessus, deinde captus, pœnas mortis genere: postremo fractis laqueo ceruicibus. Alexander à Constantini exercitu iugulatur. Maxentius dum aduersus Constantinū congregitur, paulo superius à ponte Miluio, in pontem nauigijs compositū, ab latere ingredi festinans, lapsus equi in profundum demersus est, uoraturūq; limo pōdere thoracis corpus uix reperit. Maximianus apud Tarsum morte simplici perijt. Valens à Licinio morte multatur. Fuerunt autē morum huiusmodi. Aurelius Maximianus cognomento Herculeus, ferus natura, ardens libidine, consilij stolidus, ortu agresti, Pannoniōq;. Nam etiā nunc haud longe Syrmio, eminet locus palatio ibidē constructo, ubi parentes exercebant opera mercēnaria. ætate interijt sexagenarius, annorum XX imperator. Genuit ex Eutropia Syra muliere Maxentium, & Faustam coniugem Constantini: cuius patri Constantio tradiderat Theodoram priuignam. Sed Maxentium suppositum ferūt arte muliebri, tenere mariti animum laborantis auspicio gratissimi cœpti à puero. Is Maximianus charus nulli unquā fuit, nec patri, aut Socero quidem Galerio.

Asi nunc
illi.

GALERIVS ARMENTARIVS.



GALERIVS autem fuit, licet inculta, agrestiq; iustitia, satis laudabilis, pulcher corpore, eximius & felix bellator, ortus parētibus agrarijs, pastor armentorum: unde ei cognomen Armentarius fuit. Ortus Datia Ripensi, ibiq; sepultus est: quē locū Romulianū etiā uocabulo Romulæ matris appellat. Is insolēter affirmare ausus est, matrē more Olympiadis Alexandri Magni creatricis, cōpressam dracone semet concepisse.

GALERIVS MAXIMINVS.



GALERIVS Maximinus sorore Armentarij progenitus, uerōq; nomine ante imperium Daza dictus, Cæsar quadriennio: dehinc per orientē Augustus triennio fuit: ortu quidē atq; instituto pastoralis, uerū sapientissimi cuiusq;, ac literatorū cultor, ingenio quieto, uini auuidior. Quo ebrius, quædā corrupta mente aspera iubebat: qui cum pigeret factum, differri quæ præcepisset, in tempus sobrium ac matutinum statuit.

Asi Dara.

ALEXANDER.



ALEXANDER fuit Phryx origine, ingenio timidus, inferior aduersus laborem uitio senectæ ætatis. His omnibus absumptis, imperij iura penes Constantinum & Licinium deuenere.

CONSTANTINVS.



CONSTANTINVS Constantij imperatoris & Helenæ filius, imperauit annis XXX. Hic dum iuuēculus à Galerio in urbe Roma religionis specie obses teneretur, fugam arripens, atq; ad frustrandos insequētes, publica iumenta quaq; iter egerat, interfecit: & ad patrem in Britanniam peruenit. & forte hisdem diebus

diebus ibidē Constantiū parentē, fata ultima perurgebant. Quo mortuo, cunctis qui aderant, adnitentibus, sed præcipue Eroco Alamānorū rege auxiliij gratia Constantiū comitato imperium capit. Hic sororē suam Constantiā, Licinio Mediolanū accito cōiungit: filiūq; suū Crispum nomine ex Mineruina cōcubina susceptū, idem Cōstantinū, iisdem diebus natū oppido Arelatēsi, Licinianūq; Liciniū filiū, mensium ferē xx. Cæsares effecit. Verū enimvero, ut imperia difficile concordia custodiūt, dissidiū inter Liciniū, Constantinūq; exoritur: primūq; apud Cibalas iuxta paludē Hiulcā nomine, Constātino nocte castra Liciniū irrūpente, Licinius fugā petijt: Byzantiūq; fuga uolucris puenit. ibi Martinianū officiorū magistrum Cæsarem creat. Dehinc Constantinus acie potior apud Bithyniā adegit Liciniū, pacta salute indumentū regium offerre per uxorem. inde Thessalonicā missum, paulo post eū, Martinianūq; iugulari iubet. Hic Licinius annū dominationis ferē post XIII uita proxime LX occidit, auiditæ cupidine omnium pessim⁹, neq; alien⁹ à luxu uenero, asper admodū haud mediocriter impatiēs: Infestus literis, quas per inscitā immodicā, uirus, ac pestē publicā nominabat, præcipue forensē industriā. Agraribus planē, ac rusticatibus, quia ab eo genere ortus, altusq; erat, satis utilis: ac militiæ custos: ad ueterū instituta seuerissimus. spadonū & aulicorū omnium uehemens domitor, tineas, foricesq; palatij eos appellās. At Constātinus obtento totius Romani imperij mira bellorū felicitate regimine, Fausta cōiuge, ut putant, suggerēte, Crispum filium necari iubet. Dehinc uxorē suam Faustā in balneas ardentes cōiectam interemit: cum eū mater Helena ardore nimio nepotis increparet. Fuit uero ultra q̄ æstimari potest, laudis auidus. Hic Traianū herbā Parietariā, ob titulos multos ædibus inscriptos, appellare solitus erat. Hic pontē in Danubio construxit: habitū regium, gēmis, & caput exornās perpetuo diademate. Cōmodissimus tamē rebus multis fuit, calūnias sedare, legibus seuerissimis: nutrire artes bonas, præcipue studia literarū: legere ipse, scribere, meditari, audire legationes, & querimonias prouinciarū. Cumq; liberis, filiōq; fratris Delmatio Cæsaribus confirmatis, III & LX annis uixisset: ex quibus dimidiōs, ita, ut XIII solus imperaret, morbo cōsumptus est, irrisor potius q̄ blandus. Vnde puerbio uulgari, Tracala x annos præstātissimus, XII sequētibus latro, x nouissimis pupillus ob profusiones immodicas nominatus. Corpus sepultum in Byzantio, Constantino/ poli dicta: quo mortuo, Delmatius militum ui necatur. Ita ad tres orbis Romani dominatio redacta est, Constātino, & Constātio, ac Constāte filijs Constantini. hi singulī has partes regēdas habuerūt. Constātinus iunior cuncta trans alpes, Constantius à freto Propontidis, Asiam atq; orientem. Constans Illyricū, Italiañq;, & Africam, Dalmatiam, Thraciam, Macedoniañq;, & Achaiam.

ANNIBALIANVS, CONSTANS, ET CONSTANTIVS.



ANNIBALIANVS Dalmatij Cæsaris cōsanguineus, Armeniā, nationesq; circum socias, Interim ob Italia, Africæq; ius dissentire statim Constātius, & Constans cœperūt. Constātius latrocinij specie, dum incautus, scēdēq; temulētus in aliena irruit, obrūcatus est: plectusq;

Q 4 in fluuiū

Eroco Ale/
mannorum
Rex.

Tineas & fo/
rices aulicos
uocabat.

Herba Parie/
taria.

in fluuiū, cui nomen Alsa est, nō longe ab Aquileia. Constans uero uenandi cupidine, dum per syluas, saltusq; erraret, cōspirauere aliquāti militares in eius necem, autoribus Chrestio & Marcellino, simulq; Magnentio: qui ubi patrādi negotij dies placuit, Marcellinus natalem filij simulās, plerofq; ad cœnam rogat. Itaq; in multam noctem cōuiuio celebrato, Magnentius quasi ad uentris secreta secedens, habitum uenerabilem capit. Ea re cognita, Constans fugere conatus, apud Helenam oppidum Peireneo proximum, à Gaisone cum lectissimis misso, interficitur anno XIII Augustæ dominationis: nam Cæsar triennio fuerat, cui septimo uicesimōq;. Hic fuit debilis pedibus, manibusq; articularū dolore, fortunatus cæli temperie, fructuum prouentu, nulla à Barbaris formidine, quæ profecto maiora fuerint, si prouinciarum rectores non precio, sed iudicio prouexisset. Huius morte cognita, Vetricio magister militum, imperiū in Pannonia apud Mursiam corripuit: quem Constantius non post multos dies regno exiit, grandæuo atati nō uitam modo, sed etiam uoluptarium otium concedens. Fuit autem propè ad stultitiā simplicissimus.

CONSTANTIUS.



CONSTANTIUS Gallum fratrem patruelem Cæsare pronunciat, sororem Constantinā illi coniungens. Magnentius quoq; Decentium consanguineum suum trans alpes Cæsarem creauit. His diebus Romæ Nepotianus Eutrophix Constantini fororis filius, hortantibus perditis, Augusti nomē rapit: quem octauo die, uicesimōq; Magnentius oppressit. Hoc tempore Constantius cum Magnentio apud Mursiam dimicans uicit. In quo bello penè nunquā amplius Romanæ cōsumptæ sunt uires, totiusq; imperij fortunæ pessundatæ. Dehinc cum se Magnētius in Italiam recepisset, apud Thicanum plures fudit, incautius: & ut in uictoria solet, audacius persequentes. Nec multo post apud Lugdunū coangustatus, gladio occulte puiso, ictum pulsi parietis iuuans, transfosso latere, ut erat uasti corporis, uulnere, naribusq;, & ore cruorem effundens: mense imperij XLII. ætatis uero L expirauit, ortus parentibus, qui Galliam inhabitant. legendi studio promptus, sermonis acer, animi tumidi, & immodice timidus: artifex tamen ad occultandam audaciæ specie formidinem. Eius morte audita, Decentius laqueo fasciæ ad collum posito, uitā finiuit. Hoc tempore Gallus Cæsar à Constantio occiditur. Imperauit annis IIII.

SILVANVS.



SILVANVS imperator effectus, die imperij XXVIII perimit. Fuit ingenio blandissimus, quanquā barbaro patre genitus, tamen institutione Romana satis cultus & patiens.



CONSTANTIUS.

CONSTANTIUS Claudium Iulianum, fratrem Galli honore Cæsaris adsumit, annis natum ferè III atq; XX. Iste in campis Argenteracensibus apud Gallias, cum paucis militibus, infinitas hostiū copias deleuit. Stabant acerui mōriū similes: fluebat cruor

bat cruor fluminū modo: captus rex nobilis Nodomarius: fusi omnes optima-
tes: redditus limes Romanæ possessionis: ac postmodum cum Alamannis di-
micans, potētissimū eorum regem Badomarium cepit. Hic à militibus Gallica-
nis Augustus pronuntiatur. Hic Constantius urgere legationibus, in statum,
nomenq; pristinum reuertit.

I V L I A N V S.



IVLIANVS mandatis mollioribus, refert se sub nomine Celsi
imperij multo officiosius pariturū. Hinc Constantius magis,
magisq; ardens dolore: atque, ut erat talium impatiens, in ra-
dicibus Tauri montis apud Mopsocrenem febrī acerrima,
quam indignatio nimia uigilijs augebat: interijt anno aui
III & XL. imperij IX atque XXX. uerum Augustus IIII
XXq;. Octo solus, cum fratribus atq; Magnentio XVI. XV Cæsar. Felix bellis
ciuilibus, externis lachrymabilis, mirus artifex in sagittis: à cibo, uinóq;, & somno
multum intemperans, patiens laboris, facundiæ cupidus: quā cum adsequi tar-
ditate ingenij non posset, alijs inuidebat. Spadonum, aulicorumq; amorī de-
ditus & uxorū, quibus contentus, nulla libidine transuersa, aut iniusta pollue-
batur. Sed ex coniugibus, quas plurimas sortitus est, præcipue Eusebiā dilexit:
decoram quidem, uerum per Amantias, & Gorgonias, & alia importuna mini-
steria uexantē famam uiri, contra quā sceminis modestioribus mos est: qua-
rum sæpe præcepta maritos iuuant. Nanq;, ut cæteras omittam, Pompeia Plo-
tina, incredibile dictū est, quanto auxerit gloriam Traiani: cuius procuratores
cum prouincias calumnijs agitarent, adeo, ut unus ex ijs diceretur locupletium
quenq; ita cōuenire: Quæ habes ad mensam? Vnde habes? Tertiu, Pone quæ
habes, illa coniugem corripuit: atq; increpans quod laudis suæ esset incuriosus,
talem reddidit, ut postea exactiones improbens & detestans, fiscum lienem uo-
caret, quod eo crescente artus reliqui tabescant. Igitur Iulianus redacta ad unū
se orbis Romani curatione, gloriæ nimis cupidus, in Persas proficiscitur. Illic à
transfuga quodam in insidias deductus, cum eum hinc inde Parthi urgerent, è
castris iam positis, arrepto tantum dypeo procurrat. Cumq; inconsulto ardore
nititur ordines ad prælium componere, ab uno ex hostibus, & quidē surgente,
conto percutitur. Relatusq; in tabernaculū, rursusq; ad hortandos suos egres-
sus, paulatim sanguine uacuatus, circa noctis ferè medium defecit, præfatus, con-
sulto sese de imperio nihil mandare, ne, uti solet, in multitudine discrepantibus
studijs amicorum, ex inuidia rei præ discordia exercitus periculum pararet. Fue-
rat in eo literarum ac negotiorum ingens scientia: eo iuuauerat Philosophos &
Græcorum sapientissimos, usu promptior corporis, quā ualidus quidem, sed
breuis fuit. Hæc minuebat quarundā rerū neglectus modus. Cupido laudis im-
modica, cultus numinū supersticiosus: audax plus q; imperatorē decet. Cui sa-
lus propria, cum semper ad securitatē, omniū maxime in bello cōseruanda est.
Ita illū cupido gloriæ flagrantior quicera, ut neq; terramotu, neq; plerisq; præ-
sagijs, quibus

Fiscum lienem
dixit Traia-
nus.

sagittis, quibus uetabatur petere Persidē, adductus sit finem ponere ardori, ac ne noctu quidem uisus, ingens globus caelo labante diem belli cautū præstiterit.

IOVINIANVS.



IOVINIANVS genitus patre Varroniano, in sula agri Singidonenſis prouinciæ Pannoniæ, imperauit mēſes VIII. Cuius patri cum liberos crebros amitteret, præceptū ſomnio eſt, eū, qui iam inſtante uxoris partu ædendus foret, diceret Iouinianum. Hic fuit inſignis corpore, lætus ingenio, literarū ſtudioſus. Hic dum à Perſide hyeme aſpera, mediāq; Conſtantinopolim accelerans, cruditate ſtomachi, tectorio noui operis grauatus eſſet, repente interiit, annos gerens proxime XL.

VALENTINIANVS.



VALENTINIANVS imperauit annis XII, minus diebus C. Huius pater Gratian⁹ mediocri ſtirpe ortus, apud Cibalas Funarius appellatus eſt, eo, quod uenalitium funē portanti quinq; milites nequirent extorquere, eo merito adſcitus in militiam, uſq; ad præfecturæ prætorianæ potentiā conſcendit: ob cuius apud milites cōmendationem, Valentiniano imperiū reſiſtenti aggeritur. Hic Valentem conſanguineū ſuum ſibi ſocium in imperio adſciuit: ac demum Gratianū filium, nec dum plene puberem, hortatu ſocrus & uxoris, Auguſtum creauit. Hic Valentinianus fuit uultu decens, ſolers ingenio, animo grauis, ſermone cultiſſimus. Quanq; enim ad loquendū parcus, ſeuerus, uehemens, inſeſtus tamē uitrijs, maximēq; auaritiæ: cuius punitor ipſe fuit acer: & in ijs, quæ memorturus ſum, Adriano proximus. Genera uetuliſſimorū meminiffe, noua arma meditari: fingere terra ſeu limo ſimulacra prudēter, uti locis, temporibus, ſermonibus: atq; ut breuiter cōcludam ſemper criminibus, que ſeſe quaſi fidiffimis, prudentiſſimiſq; dederat, careret: aut probatis, eruditiſq; monitoribus uti licuiſſet, perfectus haud dubie princeps enitiſſet. Huius tempore Firmus apud Mauritaniam regnū inuadens, extinguitur. Valentinianus apud Bergentionem legationi Quadorū reſpondēs, anno æui V & L impetu ſanguinis uoce amiſſa, ſenſu integer expirauit. Quod quidem intēperantia cibi, ac ſaturitate, qua artus diffuderat, accidiffe plures detulere: Itaq; eo mortuo, Valētinianus adhuc quadriennis, autore Equitio, ac Merobaude propinquo, ubi cum matre fuerat adlatus, creatus eſt imperator.

Hic locus nō uacat mēdo, forſan ſic legendū, ſi imperitis hominibus que ſeſe quaſi fidiffimis, prudentiſſimiſq; dederat, carere. &c.

VALENS.



VALENS unā cum Valentiniano germano ſuo, de quo diximus, regnauit annos X, menſes V. Hic Valens cum Gothiſ lachrymabili bello cōmiſſo, ſagittis ſaucius, in caſam deportatur uiliſſimam: ubi ſuperuenientibus Gothiſ, igniq; ſuppoſito, incendio cōcrematus eſt. In quo probanda hæc fuere. Fuit poſſeſſoribus cōſultor bonus, Mutare iudicia, Verus, In amicos fidus, Iraſci ſine noxa ac periculo cuiuſquā, ſanē ualde timidus. Huius temporibus Procopius Tyrannus cadens extinguitur.

Gratianus

G R A T I A N V S.



RATIANVS genitus Syrmij, imperauit cum patre Valētiniano annis VIII. diebus LXXXV. cum patruo & fratre III. cum eodem fratre ac Theodosio IIII. & cum his omnibus accedente Archadio, menses VI. Hic apud Argētarium oppidum Gallia XXX Alamānorum millia in bello extinxit. Hic cū ani maduertisset, Thraciā, Daciāq; tanq̄ genitales terras possidētibus Gotthis, Triballisq; atq; omni perniciē atrocioribus Hunnis, & Alanis, extremum periculum instare nomini Romano, accitū ab Hispania Theodosium, cunctis fauentibus, agenti annum à tricesimo tertium, imperium cōmittit. Fuit autē Gratianus literis haud mediocriter institutus: carmen facere, ornate loqui, explicare controuersias rhetorū more. Nihil aliud die, noctūq; agere, q̄ spiculis meditari, summāq; uoluptatis, diuināq; artis credere ferire perite sibi destinata: cibiq; uini, ac libidinis uictor: Cunctisq; qui esset plenus bonis, si ad cognoscendam Reip. gerendā scientiā animū intendisset: à qua propē alienus, non modo uoluntate, sed etiā exercitiū fuit. Nam dum exercitiū negligeret, & paucos ex Alanis, quos ingenti auro ad se transtulerat, anteferebat, ueteri ac Romano militi, adeoq; Barbarorū comitatu, & propē amicitia capitur, ut nōnunq; eodem habitu iter faceret, odia contra se militum excitauit. Hoc tempore cum Maximus apud Britāniam tyrannidem arripuisset, & in Galliam transmisisset, ab infensis Gratiano legionibus exceptus, Gratianum fugauit, nec mora extinxit, qui uixit annis XXXVIII.

T H E O D O S I V S.



HEODOSIVS genitus patre Honorio, matre Thermātia, genere Hispanus, originē à Traiano principe trahens, à Gratiano Augusto apud Syrmij impator effectus, regnauit annis XXVII. Huic ferunt nomen somnio parentes monitos sacra uisse, ut Latine intelligimus, à deo datum. De hoc etiā oraculo in Asia diuulgatum est, eum Valenti successurum, cuius nomen è theta & epsilon, atque à Græcis literis initiaretur. Qua cognitione principij deceptus Theodorus, cum sibi imperium præsumeret: scelestæ cupidinis supplicia percepit. Fuit autem Theodosius propagator Reipub. atque defensor eximius. Nam Hunnos & Gotthos, qui eam sub Valente defatigassent, diuersis prælijs uicit. Cum Persis quoq; petitis pacem pepigit. Maximum autem Tyrannum qui Gratianum interfecerat, & sibi Gallias uindicabat, apud Aquileiam extinxit. Victorem quoq; eius filium, intra infantiaē annos à Maximo patre Augustum factum, necauit. Eugenium quoque Tyrannum, atque Arbogastem superauit, deletis eorum decem millibus pugnatorum. Hic etenim Eugenius confusus uiribus Arbogastis, postquā apud Viennam Valentinianum extinxerat, regnum inualit, sed mox simul cum uita imperium perdidit. Fuit autem Theodosius moribus, & corpore Traiano similis, quantum scripta ueterum, & pictura edocent. Sic eminens status, membra eadem, par cæfaries,

faries, os absq; eo quod illi aliquantum uellendo steriles genæ, neq; tam ingentes oculi erant, nescio an & tanta gratia, tantusq; flos in facie, seu tanta dignitas in incessu. Mens uero prorsus similis, adeo, ut nihil dici queat, quod nō ex libris in istum uideatur transferri. Clemens animus, misericors, communis, solo habitu differre se cæteris putans: in omnes homines honorificus: uerum effusius in bonos: simplicia ingenia æque diligere, erudita mirari sed innoxia, largiti magno animo magna: amare ciues uel priuato contubernio cognitos, eosq; honoribus, pecunia, beneficijs cæteris munerari, præsertim quorum erga se uelut patrem aspero casu officia probauerat. Illa tamen, quibus Traianus aspersus est, uinolentiam scilicet, & cupidinem triumphandi, usq; eo detestatus est, ut bella non mouerit: sed inuenerit, prohibueritq; lege, ministeria lasciuia, psaltriasq; comestationibus adhiberi. Tantum pudori tribuens & cōtinentiæ, ut consobrinarum nuptias uetuerit tanquàm reorum. Literis, si nimium perfectos cōtemplemur, mediocriter doctus, sagax planè, multumq; diligens ad noscenda morum gesta, è quibus nō desinebat execrari ueterum facta superba, crudelia, libertati infesta quæ legerat, ac Cinnā, Mariū, Syllāq;, atq; uniuersos dominantū, præcipue tamen perfidos & ingratos. Irasci sanè rebus indignis, sed flecti cito: unde modica dilatione emolliebatur. Aliquādo seuera præcepta habuit de Liuiō, uel quod Augustus à philosophiæ doctore didicerat: qui cū uidisset eū facile cōmoueri, ne asperū aliqd statueret, monuit ut ubi irasci cœpisset, IIII atq; XX Græcas literas memoria recenseret: ut illa cōcitatio, quæ momēti est, mente aliō traducta, parui temporis interiectu læguesceret. Melior haud dubie, quod est claræ uirtutis, post auctam annis potētiam regalem, multoq; maxime post ciuilem uictoriam. Nam & annonæ curam sollicitius attendere, & auri argentiq; graue pondus sublato, atq; expensi à Tyrāno, multis è suo restituere, cum benigni principes, & quidem uix fundos solerent nudos, ac deformata prædia concedere. *Intra aulam.* Iam illa minutiōra: & ut dicitur, intra aulam: quæ quidem quia occulta sunt, magis naturæ hominum curiosæ oculos, auresq; ad se trahunt: Patruum colere tanquàm genitorem, fratris mortui, sororisq; liberos habere pro suis, cognatos, adfinesq; parentis animo complecti: elegans, latumq; conuiuium dare non tamen sumptuosum: miscere colloquia personis, studia dignitatibus, sermone cum grauitate iucūdo, blandus pater, concors maritus. Exercebatur neq; ad illecebras, neq; ad lassitudinem, ambulationibus magnis cum esset ocium, reficiebat animum: Ad uescendi cōtinentiā ualitudinē regebat. Sicq; in pace rebus humanis annum agens L. apud Mediolanū excessit: utranq; Remp. utriq; id est Arcadio & Honorio quietam relinquens. Corpus eius eodem anno Constantinopolim translatum atq; sepultum est.

SEXTI AVRELII VICTORIS DE CAESARIBVS COMPENDII FINIS.